

66

DE ORIGINE CARTHUSIANÆ
Religionis. Glareani P. L.
Centimetrum

Quæ Carthusiæ sit religionis origo
Qua fluat historia, Calliopea refer.
Parrhisys, rapidas ubi spumifer aggerit undas
Sequana, & occiduas vellet adisse domos.
Atq; ubi culta uiret Dodorum turba Sophorū
Turba salutifero non male grata Deo
Quidam erat insignis doctrina uisus honesta
Quem coluit populus qm coluere senes.
Huic mors, extrema postq; sperauerat auram,
Non pompa inuidit funereasq; faces.
Hic adstant magniq; uiri, doctiq; Magistri,
Præclari iuuenes, decrepitiq; senes
Mos etenim est functum uita deferre sepulchro,
Qui fuit illig Gymnasiarcha Scholæ.
Ecce sed erectus feretro p̄clamat ab alto
Iudicio iusto sum rex ipse Dei.
Obstupere omnes, (nec n. leue pondus habebant)
Verba resurgentis terribilisq; uiri.
Quid facerent? q̄s n. quæ sunt arcana Tonantis
Iudicia explanat q̄s penetrare queat.
Non sepelire placet, donec lux altera cælum
Pulsat, uti uideant qd ferat hora sequens,
Vix Sol prodierat qn replet omnia iulgu
Irruerant proceres, turbaq; tota simul.
Dum rursus famuli mæstum mouere cadauer
Dum stupet attonito gens male lecta foro:
Ecce iterum: claro tales dat p̄ctore uoces
Iustitia & iusto iudice uicty ego.
Rursus mandito gelidos tremor occupat arto,
Contremuere oes, oia terror subit.
Expectare placet, qd sors feret ultima monstri
Quippe dubie uerba priora sono.

Tertia lux aderat: iam tota cursat in orbe
Fama mali, & miro murmure lecta subit.
In circum stupidi, atq; arrectis auribus astant
Quid velit, auscultant, corpus mane loqui.
Intonat horrendum, uocemq; in sidera tollit
Damnato iusto indice digna fero.
Et quis non timeat? quos non tremat, aut quos ab illis
Exemplis uitam non uelit esse suam?
BRVNO erat in cunctis longe uenerabilis oris
Est decus, ac ubiq; gloria rara soli.
Is septem iusti comites facit esse pauoris,
Qui Syluas secum, tristiq; antra petant.
Postq; illuc uenere, simul sedere sub umbra;
Atq; ab eremita consilia alta rogant.
Prodiit in uocem canis pater ille capillis,
Et docuit, quo sit uitae paranda modo
Effugite o iuuenes stulti consortia mundi,
Temnite quae uobis mors inopina rapit.
Quicquid id est, quod mundo habet, linguamq; oportet,
Nil sane aeterni uile cadaver habet.
Temnite fortunas, hominum mata gaudia mentis,
Effugite at mesti uulnere quaeq; Dei.
Quaerite diuitias caeli: nam summa uoluptas
(Ah donum ignotum) dulce serenum erit.
Haec ait: illi inter sese pia uerba retractant,
Cordibus accensis incaluerunt Deo.
Transierat Ararin, deinde Hedua rura relinquunt,
Dextera Lugdunum, laeva Gebenna fuit.
Iamq; aderat Rhodanus, q; currite lapsus aperto
Ducit ab Alpinis frigora saena iugis.
Hinc prata Allobrogum atq; Vocontia rura premebant.
Suspiciunt Syluas, & nemora alta loci
Scilicet aenae quo portendunt? ad alpes
Atq; ubi perpetuo frigus & algor adest.

Haec placuit

Scall. Bl. 71

71
Fovly. nuu. lcl. 66^o:

Hæc placuit duri mira inclementia cæli
Hi scopuli digni carceris esse loco.
HVGGO erat Alobrogum bene dignus Eps oris
Candidior quo nō unq̄ & alter erat
Viderat hic septem (dictū mirabile) stellæ
In nemora excelsi uerticis ire palam.
Somnium erat taliq̄ uiam sibi calle parari,
Coniicit ad cœlum stelligerasq̄ domos.
Hunc adiit BRVNO socijs comitantibq̄, hisce
Qui ueniant paucis commonuere modis:
Inclyle forte tuas præsul peruenit auras,
Qui modo Parrhisia fertur ab Vrbe pauor,
Is nos hinc alio uertit, ualediximq̄ orbem
Virgemur tacito, tum sine fine Deo.
Non nos huc pepulit fictæ mala gloria fama,
Non simulatq̄ amor, nō simulata fides.
Da, petimq̄, paruum nostris conatibq̄ orbem:
Seu scopulos istos, seu nemora ista loco.
Obstupuit præsul, tacitæ præsagia mentis
Concutiuntq̄ totum pectus adusq̄ uirum.
Fælices animæ dixit, felicia certè
Tempora, que nostris uos tenuere locis.
Ite inq̄, ite, uiam uestro disponite fratri
Quod petitis cautum est: q̄d q̄ petitis erit.
Eun sequor ipse ego uos, manibusq̄ opibq̄ iunabo,
Immemore uestri, nō sinet ulla dies
Illi abeunt: loca fœda sicut, squalentia musco
Tæsqua uident, truncibq̄ uix habitanda feris,
HVGGO subit, templumq̄ struit, tutoq̄ recesso:
Et modico immensum tempore creuit opus.
Ipse quoq̄, ut maior grauitas ornaret Tremum
Induit hunc habitum, rupibq̄ hise fænet.
Hi primi tantæ sunt religionis alumni.
Ac fluat historia, Calliopea, Vale.

ΤΕΛΟΣ.